



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XI. Markgraf Ludwig giebt der Stadt Nauen die Zusicherung, daß ihre herkömmliche jährliche Abgabe von 20 Mark Silber nicht erhöht werden soll, am 28. Mai 1336.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

imaginem pro colligendis oblationibus ponemus aut ab aliis poni permittemus, truncos autem tam pro parochiali ecclesia quam capella predicta habebimus, prout ibidem esse dignoscitur hactenus observatum. Ut igitur omnia et singula etc. Actum et datum in civitate nostra predicta, 8 Id. Julii, anno domini M. CCC. XXVI.

Nach einem Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

X. Bischof Dietrich von Havelberg verkauft sechs Hufen im Dorfe Karwese zur Dotirung eines Altars in Nauen, am 14. April 1331.

In nomine domini Amen. Ad univerforum notitiam in perpetuum deducimus per presentes, quos nos Thidericus, dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, de unanimi consensu et expressa voluntate predictae ecclesie nostre prepositi et capituli iusto contractus et emptionis titulo vendidimus Nicolao de Senzeke, in Nowen residenti, sex mansos in agro ville Karwese, adjacentes duobus curiis ejusdem ville, solventes annis singulis tres choros siliginis et totidem choros ordeï in pacha, duodecim solidos in censu, triginta solidos in precaria et duodecim modios avene pro silva cum duobus colatis ibidem, solventibus duos solidos Brandenburg. denariorum, omni jure, fructu, usu, utilitate, libertate et proprietate ad dotationem unius altaris, fundati in ecclesia parochiali civitatis Nowen ad honorem beate Catherine virginis ac martyris, pro quinquaginta una marcis cum dimidia Stendaliensis argenti, quas a nobis in parato receptas recognoscimus et conversas in utilitatem nostre ecclesie evidentem, decernentes eosdem redditus et proventus de predictis mansis annis singulis cedentes ad sacerdotem, dicti altaris ministrum, qui pro tempore fuerit, in perpetuum pertinere, de quibus nostro et successorum nostrorum nomine renunciamus sollempniter in his scriptis, ita sane, quod jus patronatus memorati altaris spectabit ad sepedictum Nicolaum de Senzeke ac suos heredes legitime progenitos ab eo, ipso quoque absque liberis decedente, ad seniorem masculum inter parentelas Ghifonis, prefecti in Nowen, et suarum sororum dicti altaris presentatio devolvetur, quibus omnibus sublatis de medio, ad dominum, superiorem jurisdictionem predictae ville Carwese habentem, omni contradictione postposita, presentatio hujusmodi pertinebit. In cujus venditionis evidens testimonium etc. Testes hujus sunt dominus Johannes de Makemutz, ecclesie nostre canonicus, magister Gerardus de Klizeke, officialis noster, Hinricus Nippene, Johannes Fuchhen de Bellin, Albanus de Konigsmarke, vasalli nostri, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Lenzeke anno domini M. CCC. XXXI, dominica, qua cantatur: Misericordias domini. Per manum domini Johannis de Kubir capellani nostri.

Nach einem Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

XI. Markgraf Ludwig giebt der Stadt Nauen die Zusicherung, daß ihre herkömmliche jährliche Abgabe von 20 Mark Silber nicht erhöht werden soll, am 28. Mai 1336.

Anno domini MCCCXXXVI. feria tertia post Trinitatem. Ludouicus etc. venientes ad nos prudentes et discreti viri Consules civitatis nostre Nowen nobis ut ipsos ipsamque civitatem circa

antiquam consuetam et probabilem videlicet circa summam siue quantitatem XX⁰. marcarum sic quod ad ulteriorum denuo nostri non arctari valeant nec debeant nomine pensionis siue contributionis annue dacionem siue ministracionem, permanere in antea sicut hactenus sineremus et quod hoc ipsis scriptis nostris ratificare seu confirmare dignaremur, cum instantissima diligentia supplicarunt. Quorum quidem rationabilibus petitionibus fauorabiliter annuimus iuxta vota ipsis consulibus et civitati nostre Nowen predictis ex benivolencia nostre gratie singularis meritorumque laborum et grauaminum, intrepide, prout pro constanti cognouimus, nostri nomine perpefforum consideracione, Quod circa solitam ab antiquo et probabilem ipsorum solucionem siue pensionem annuam denuo prout hactenus sine qualibet extorsione illicita remaneant, indulgere decreuimus et presentibus indulgemus. In cuius etc. Testes Hermannus Comes de Hennenberg, Beringerus Helo, Joh. Hufener, Hermannus de Wolkow et Otto de Luffow etc.

Nach einem Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs.

XII. Markgraf Ludwig verweist an die von Kröchern alle Lehnsleute in den Dörfern Rehow und Siegow, im Jahre 1336.

Wjr Ludwig etc. Wie vntbeden Lambrecht bullen kindere, Johann von rute, Conrad Stegheman, groue becher, Rudolf riken vnde sinen brudere, wynus, gerhart, Ertmer vnd brendenke Sarnowe, borgere tu der kyritz, Gerhardt von kliceke vnd sinen vrunden, borgere tu wittfoc, borgere in beiden steden tu brandenburg vnd borgere in der stat tu nowen, die dar lengut hebben in den dorpen tu retzowe vnd tu litzowe, vnd alle den burgern vnd buren, die in den suluen dorpen von her sillinge len gut ghehat hebben, alle lif vnde gnade. Wie willen vnd vntbyden, wie alle dat lengud, dat ghy von vns vnd von vnfen voruaren gehat hebben, dat schole ie von vnfen truen mannen hern henrich vnd Jordan, brudern, gheheiten von krochern, vnd iren rechten ernamen vntvan vnd hebben tu rechteme lene, wan ie dat getan hebben, der manschap los, der ie vns von deme gude plichtech wern.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Sabelberg Bl. 6 u. 7 Nr. XIII.

XIII. Der Bischof Ludwig von Brandenburg erlaubt der Elendenbrüderschaft zu Nauen einen eigenen Altar in der Pfarrkirche, am 4. Dez. 1344.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, universis presentia visuris seu auditoris salutem in domino sempiternam. Pastoralem decet sollicitudinem ad augmentum cultus divini nominis semper intendere et subditorum mentes, quantum prevalet, ad hoc incitare. Devotionem itaque fratrum exulum sancti Nicolai in oppido Nowen nobis in Christo dilectorum specialiter proficere cupientes, ut unum altare in ecclesia parrochiali ejusdem oppidi in loco dictis fratribus ac plebano ibidem magis congruo fundare valeant et dotare, de consensu honorabilium virorum dominorum

Haupttheil I. Bd. VII.